



**G**eorgius ex illustri familia comitum Tubingen-  
 gen-  
 sium prognatus est, qui olim Palatini Tu-  
 bingenses dicti Tubingam oppidum inhabitarunt,  
 atq; id tandem Wuirtembergensibus comitibus cer-  
 tis conditionibus tradiderunt, contenti Tubingen-  
 sium comitum titulo, atq; ea ditione, quam per ma-  
 trimonium à Clara comitissa Friburgensi in Bris-  
 gaudia sibi compararunt. Ab ijs inquam comitibus  
 Georgius prognatus, à teneris annis uirtutibus o-  
 peram dedit, atq; in aula Friderici Cæsaris educa-  
 tus fuit. Postea quoq; apud Maximilianum regem  
 permansit, atq; eius castra in Belgis sequens Cæsa-  
 ri gratissimus extitit. Cum autem is in sua familia

ultimus esset, atq; diutius in aula permaneret, ita ut matrimonium haud appe-  
 tere crederetur, Maximilianus Cæsar, ne familia illa antiqua interiret, ei per-  
 suasit, ut uxorem duceret, atq; ex illustri familia comitum ab Arch uenustissi-  
 mam puellam cõiugem dedit. Ea ducta Georgius ad paternam ditionem gu-  
 bernandam se cõtulit, atq; in arce Liechteneck pulcherrima habitare cœpit.  
 In eo loco multis uirtutibus claruit, atque sibi magnam auctoritatem compa-  
 rauit. Cum hoc modo ad senectam peruenisset, anno 1507 obiit, atque  
 Conradum filium reliquit, qui etiamnum ijs in locis rerum po-  
 titur. Anon.